



# PRAEFATIO.

BENEVOLO LECTORI  
GRATIAM, PACEM AC SALVTEM!



*Usceptus hic Praenotionum Theolo-  
gicarum labor potissimum est eo-  
rum causa, qui in Academia Vit-  
tembergensi sacris studiis operan-  
tur, ut in difficillima hac tempo-  
rum facie, non solum servent typum doctrinae, quae  
divinitus nobis data est, restituta vero in lucem  
salutari ministerio B. Lutberi, & Symbolicis Eccle-  
siae nostrae libris continetur; verum etiam ad exci-  
piendos fortiter & retundendos insultus, quos in-  
genti agmine homines ἀτακτοι nostra aetate in ve-  
ritatem faciunt, instruuntur. Ita enim tempus  
tulit, ut commixtis Cartesianae Hobbesianaeque Phi-  
losophiae placitis, Paracelsi, Helmontii, Spinosae ali-  
orumque portentis, & phaenomenis quibusdam logi-  
cis & physicis, quorum haecenus indoles in propa-  
tulo poni non satis potuit, cum dictis Scripturae S.  
insigniter detortis, Tros Rutulusve in Theologiam*